



# Petriscus Georgii Macropedii, : fabula iucundissima.

<https://hdl.handle.net/1874/421190>

5

# PETRISCVS

## GEORGII MACRO

PEDII, FABVLA IV<sup>+</sup>

*cundifima.*

### A D L E C T O R E M.

Accipe nunc candide lector Petriscum nostram, ex  
fabulis illis, quas tibi nuper promisimus. Accip  
pies reliquias, cum mihi per occu  
pationes scolasticas ad re  
cognoscendum eas  
uacauerit.  
Vale.



COLONI AE apud Ioannem Gymnicum  
Anno D. M. XXXX.

# GEORGIVS HADRI-

ANO A K R I M P E N,

studioso puerο Salutem  
dicit.



Emor patris tui erga me beneuolen-  
tiae & liberalitatis, (cum alijs in re-  
bus nō possum ei dignius gratificari)  
hoc te uolui mi Hadrianc literario  
donare munusculo, ne primum in me tanquam in  
hominem ingratum & beneficij immemorem iure  
torqueri possit græcorum scenarius.

Oὐδὲν γέγοντι χρησόμ οὐδὲ ποτε δράσει.  
Ut & tu in eo subinde uersato animum tuum ob-  
lectes, & à socordia, nugis, ineptisq; lusibus desle-  
tas. Consideres quoq; præter eruditionem latinā,  
quid tu paremibus & præceptoribus, quid illi rur-  
sus tibi debeant, & quod improborū con-  
uictus ac sodalitium perinde sint tibi

ac pessis uitanda. Accipe itaq;  
grata manu ab amico pro-  
fectū munusculū, & (quod  
dici solet) σοι δῶρον  
διδῷ τις ἐπάνει.

Vale.

AR.

ARGUMENTVM IN

Petriscum.

**M**ater Petrisco, quem probum fore vult  
pater,  
My Sandra nimis indulget uxor peruicax.  
Post parua furtam magnam & insolentiam,  
Pater hunc magistro accusat, atque cæditur.  
Cæsus patri furatus aureos quindecim  
In ganeo sociatus est nequissimis.  
Pulsis schola gerronibus, cum quibus & ob  
Furta ac dolos coniectus est in uincula.  
Porro imminentे morte proprijs litteris,  
Matrisq; precibus, impetrat didascali  
Clementiam. qui alijs relictis patibulo, hunc  
Virga eximit, cæsumq; cum peculio  
Reddit parentibus, & strepunt conuiuia.

D R A M A T I S

personæ.

Prologus. Cabiscus, Stypiscus, fures.  
Galenus pater. Philochrysum, Philar-  
girium, meretrices.

Petriscus filius.	Lorarij duo.
Liturgus seruus.	Gnorymus scenex.
Mysandra mater.	Rusticus.
Didascalus cum discipulis, & puer.	
Prætor cum satellitibus.	
Sycasta delator.	

P R O L O G V S.

D Idascalus noster ad nimaduertens nihil  
 Gregi suo scolastico opportunius,  
 Vobisq; spectatoribus fore gratius,  
 Ludis iocisq; scenicis, ex tempore  
 Pro temporis ratione scripsit ludicra, ut  
 Habeat iuuentus nostra quo se exercet,  
 Quo uos quoq; hoc iam tempore oblectemini.  
 Preterea habebunt plus satis, si liberos  
 Suos ament, uentent uicem castigari,  
 Stultiſimæ mulierculæ, pueri quoq;  
 Suis rebelles usq; præceptoribus,  
 Exempla non uulgaria. Atq; illæ quidem  
 Vti uideant suam per indulgentiam  
 Gliscere suarum prolium licentiam.  
 Hi uero ut edocti suorum turpibus  
 Commilitonum casibus, nulli uelint  
 Rebellium parere contubernio,

Sed

Sed optimis subesse præceptoribus.  
Videbitis (quanquam probo satum patre)  
Puerum Petriscum matris indulgentia,  
Sodalibus adhærere perditissimis,  
Tandemq; post rebellionem, fornices,  
Et furtæ, ad infandæ, probroſæ, & horridæ  
Mortis uenire periculum. Quod usus est  
Tali autor argumento, id in causa fuit,  
Quod cum Rebelles primiter dedisset in  
Lucem, fuere qui parum uel candidi  
Vel eruditæ dicerent, quod fabulam  
Tanquam sibi propriam alienam uenderet  
Quasi adulterinam ut propriam Terentius  
Aedat, quod Andriam ex Menandro transfrat.  
Factetur ingenuæ autor ipse, sibi prius  
Visam sub argumento eodem fabulam,  
Prosa haud metro scriptam ab Helicone breuiſſi.

me &

Arrisit adeo hypothesis, ut decerneret  
Tractare eandem honestius seu comicos,  
Longe tamen alio ordine atq; scemate.  
Nunc eius an sit adulterina, candidus  
Vbi contulerit utramq; lector iudicet.  
Ut igitur obtreftator is habeat sibi,  
Quod non queat lacessere: simili quidem

Iam lusit hypothesi, haud eadem, denuo.  
Ut id quod illis tædio, uobis siet  
Iucunditati maxime. Vos itaq; huic  
Quotquot theatro adestis oro & obsecro,  
Ut prorsus omnibus abdicatis fabulis,  
Omniq; strepitu ac sibilo, nosiri gregis  
Aureis benignas præbeat is ludis,  
Ne fructu & utilitate uos priuemini,  
Nostrisq; inutilem laborem assumpserint.  
Inutilem arbitramur utiq; dum uacat  
Attentione, labore parte oratio.  
Si identidem uos nil quoq; ad nimaduertitis,  
Domum profecto hinc absq; fruge redibitis.  
Quiescite itaq; adeste cum silentio,  
Musisq; candidis fauete candidi,  
Post horulam unam aut alteram amittemini.

Actus primus. Scena prima.

Galenus. Petriscus. Liturgus.

Iambici trimetri.

R Ecta Petriscæ ludum adi scholasticum.  
Quædam priusq; ab ibo huic mandauero,  
Atq;

Atq; in macellum postea ablegauero, 60  
Petr. Quonam pater proficisceris? num uesteri  
rediturus? Gal. id refert tua prorsus nihil,  
Tu recta adi ludum ultro litterariorum,  
Didascaloq; nuncia me iam adfore,  
Ad coenam enim mihi hoc die invitandus est, 65  
Caue deprehendam abesse te cum uenero.  
Pet. Non deprehendes, unde oritur haec tibi.  
De me pater suspectio? Gal. pareto, abi.  
Liturge adesdum, ut que uolo & tibi imperem.  
Lit. Praesto est Liturgus here, quid exequi iubes?  
Gal. Sta paululum dum abeat, putas ne uera sunt  
Que intus mihi de filio suggereras?  
Lit. Pol. egre & illibenter here gnatum tuum  
In simulo quonis criminis, ut quem post tua  
Fors fata habeo herum alterum, uerunt amen 70  
Cum deceat esse plus patri quam filio  
Seruum fidicem, quod ego iam plus septies  
Et deprehenderam haud data opera, & uideram,  
Celare te non debui. Gal. probus es, & ego  
Cum tempus exiget. Lit. morare aliquantulum  
Nam praeter oua, butyrumq; & caseum,  
(Quod hactenus silui) & pecuniam extulit.  
Gal. Pecuniam? Lit. subinde uidi. Gal. ut potueris?  
Aut si uidebas quin uetabas? Lit. scilicet,

**Audaculus** procaxq; per me desinat,  
Suum mihi crimen potius impingeret.  
**Gal.** Sed qui potuit (inquam) mihi argentum adi-  
mere.

**Arctissimis** quod obseratur scrinijs?  
**Lit.** Nihil scrinijs (quod adhuc sciam) hactenus  
eruit,

**Verum** latenter introit cellam frequens,  
In qua tuis cum debitoribus soles  
Subducere ratiunculam, & quod inuenit:  
**Audetq;** surripit. **Gal.** quid audio? **Lit.** quod est  
**Res ipsa**, uidi aliquando, quod duo aut tria  
Sestertia illinc clanculo subduxerit,  
Ex his quid actum, quid futurum coniice.

Comperta bis uolunt patrata septies,  
Partesq; edens tandem canis corium uorat.

**Gal.** Probe mones, ipsamq; rem quam suggestis  
Dum tacitus expendo, intuor uerissimam,  
Putaueram profecto me in ratione uel  
Dati uel accepti frequenter decipi,  
Ait imposuit (ut iam liquet) mihi filius.

**Lit.** Sunt cum quibus solet interim uersarier  
Nequissimi, uerum mihi non cogniti,  
Quos ipse dum uoles facile uenaberis.

**Gal.** Sat est, cape hos solidos duos, abi oxyus

Recta

**R**ecta in macellum, et ut placuit uxori, eme  
Quæq; optima pro uestero conuiuio.

**E**go filium digne priusquam rus eam

**I**ubabo castigarier, didascalum

**Q**uoq; ad epulas uocauero. Lit. sospes redi.

**G**al. Cura omnia approve exigas. Lit. curauero.

Actus Primus. Scæna secunda.

Galenus. Didascalus. Discipuli quatuor.

**M**ortarium iocunditas quam turbida,  
Quam uana, quamq; amara sit, præsertim  
ijs

**Q**ui coniugem rixosam habent et liberos,

**E**xperior in me maxime. Sed eccecum adeſt

**Q**uem conuenire gestio Didascalus.

**S**tipatus auditoribus. Did. uti dixeram,

**A**lacriter (si occurrerint) prehendite.

**N**e quissimos, ne terreamini impetu

**M**inisq; eorum, neue terga uertite. Disc.

**H**aud quaquam enim preceptor haud quaquam.

Did. quis hic

**Q**ui concito nobis gradus fit obuius?

**D**isc. Galenus est pater Petrisci, te petit.

**G**al. Salut magister eruditte. Did. identidem

A S Salut

Salve Galene. Gal. quō hunc gregem extra septā  
agis?

Didas. Belle quādem tu, ut lepidus & facetus es.

Sed quid Galene ouicula tua creberrime

Ab ouibus se subtrahit? Gal. quid: subtrahit?

Did. Subducit. Gal. atque id crebrius? Didas. cre-  
berrime,

Fultusq; semper testimonio tuo

Et syngrapho. Gal. quo syngrapho? Did. tuo  
evidem

Chirographo. Gal. id est autographon nō syngra-  
phum

Meum, neq; intra mensē & unum aut alterum

Chirographum dedi. scio evidem quid dolit

In syngrapho latet, patris dum syngraphus

Autographus fit filio. Did. utinam & omnibus

Istuc parentibus semel persuadet.

Eapte sunt profecto pueri industria,

Vt scripta scriptis affigunt proxime.

Nobis quoq; illudant, sibiq; maxime.

Atqui omnibus mens neq; eadem, neq; ratio,

Nimisq; amant suos parentes liberos

Gal. Ita est, parum secede mecum hac, obsecro.

Est namq; quod secretius tibi in sinum

Fundam. Did. Libens facesto, duc me quolibet,

Paucis

Paucis tamen (quod alia festinem) modo  
Loquendum erit. Sunt namq; qui prepropere se  
Ferulae meæ subduxerint, nisi caute eos.

150

Mox ante uortero, quemadmodum accinctum ui-  
des.

Gale. Video, sed audi me tribus modo uerbulis.  
Did.

Audio. Gale. Petrus in schola est? Did. est in  
schola.

Gal. Ideo obsecro te quam potissimum maxime, ut  
Ad sanguinis suffusionem usq; flagris.

151

Cædatur acrioribus, priusquam eas.

Nc si quid interim (ut est sagax) ei per hos  
Suboleuerit, meditetur aut fugam, aut suam  
Matrem subornet lachrymula, ut se liberet.

Did. At unde castigauerō? nam cedere  
Palam omnibus causa latente haud congruit.

150

Gal. Heu causa talis est, ut & tandem mihi  
Mala pertimescam, & filio. Præter dolos,  
Mendaciumq; que & ipse crebro expertus es,  
Præterq; furtæ casei atq; butyri.

151

Præterq; furtæ carnium atq; piscium,  
Etiam subinde sustulit pecuniam. Did. hui.

Gal. Quapropter obsecro tuam prudentiam,  
Ut corrigatur oxyus, dum foris ero,

Mecum

170 Mecumq; cœnaturus ad sis uesperi.

Did. Referenda gratia est, libensq; quod rogas

Prius exequar. Gal. quod atq; dictum oportuit,

Venare quonam transfluit. Did. rimabimur.

Quantum negocium parentibus suis

175 Plæruntq; liberi ingerunt. Disc. Didascalus

Redit. Petrus absq; controuersia

Cædendus est, non absq; causa enim pater

Seueritatem præferebat pectoris.

Did. Silete. sequimini, mihi exequenda sunt

180 Alia priusquam abilero. Disc. quid dixeram⁹

Di. Cædendus est puer absq; controuersia,

Quod cum Cabisco fuit ei conuiuo.

Actus primi scena tertia.

Didascalus, Petrus. Discipuli quatuor:

185 Proferte flagra Clauiger. Petrus ades.

Petrus. Quid uult? Didas. ades, paucis loqui  
tecum uolo

Pet. Adeſt Petrus, ecquid in me criminis?

Did. Tu solue subligaculum, parentur ij

Quoq; qui futuri sunt mihi adiutorio.

Pet. Qui cedat omnino innocens? Didas. tum' ina  
nocens?

Tu

Tu preter oua, caseum, & alia plurima,  
Quae sustulisti ex edibus creberrime,  
Neutiq; pepercisti patris peculio,  
Et innocens? Pet. id nemo mihi probauerit,  
Neq; mater unquam tale de me dixerit,  
Quam huc aduocatam oportuit (si tecum agas  
Iuste) priusquam cederer uel testibus  
Probato, quod falso astruis. Did. quod ex tuo  
Parente didici, non potero non credere.  
Pet. Vernaculi mendacibus credit pater  
Instinctibus. nego, ni probetur testibus.  
Did. Nos iudicis testisq; fungimur loco.  
Tu cæditor. Vos tendite ac dissolute.

Pet. Heu. Didasca. uiuam ad usque cutem, uidebo si  
queant

Hæc flagrare testem accersere, pretendite,  
Tenete fortiter Pet. innocentem ceditis.  
Proh Iuppiter quid patior? O deum fidem, O  
Præceptor, o præceptor. Didasca. es adhuc inno-  
cens? Pet.

Haud quaquam. Did. adhuc testes ne? Pet. testis  
ipse sum,  
Ego ipse sum furti omnium. O. Did. at quo elata  
sunt?

Pet. Cabisco & alteri Styptisco tradidi, O.

Did.

Did. Digni profecto quibus ferantur plura.  
Quid reddidere? Pet. Furta præter sua nihil.  
Misericordia sat cœso, O. Did. patrabis amodo?  
Pet. Nunq̄ patrauero. Did. amodo te corriges?  
Pet. Correxero correxero, misericordia.  
Did. Surgat, sedete, in classe quisq; propria.  
Cave Petrisce, ne quid ultra exaudiam.  
Pet. Memincro dum tempus finet. Did. quid mur-  
murat.  
Nequam? Pet. nihil. Did. nequissimum ingenium  
istud est.  
Cave. Disci. Fugit preceptor, excurrunt schola.  
Vim' hic reduci? Did. hem, currat in malam cru-  
cem.  
Pet. Vah sordide ac pedunculose Didascale,  
Memincro dum queam. Dis. minatur, obstrebit.  
Lapidesq; mittit, un' citi prehendimus?  
Did. Nolite filij, suo se tempore  
Ipsus prehenderit, ipsus irrituerit.  
Vos expedite ad alia quæ proposueram.  
Vbi paululum quicuerim concessero.  
Disc. En expediti te foris morabitur.  
Ut iam Petriscus ululat ante ædes suas:  
Matrem illico uidebimus procedere. Pet. heu  
Mater mea, obsecro pdi foras. Dis. opus ingredi.

Actus

Actus Primus. Scæna quarta.

Mysandra. Petrus.

**Q**VOS ciuitatus audio pro his ædibus?  
Quis lachrymat? tun' mi Petrus lachry-  
mas?

Pet. Ego lachrymo mater. Mysan. Fatere quid ac  
cedit,

Num cæsus es? Pet. grauiſſime ò mater flagris  
Accerrimis. My. quid feceras? Pet. prorsus nihil,  
In innocentem enim hoc modo bacchatus est  
Didascalus, uide ut cutis mea lacera est,  
Ut membra liuent, ut rubenti sanguine  
Infecta uestimenta sunt. My. Papæ quid hoc  
Malis perinde ac in latronem ſeu iuit.  
Pet. Id dices, ſi me uideres distrahi.

Mysan. Mitte hæc. quid inquam feceras? Petrus.  
nihil quidem

Commiseram, uerum pater meus prius  
Quam abiret, accusauerat me criminis.  
My. Pater tuus te criminis de quo obsecro?  
Quæ adulteria, quæ flupra, quæ ue furti sic  
In te acriter punita sunt? unde arguit?  
Pet. Dicere uero, et ſi innocens, furti arguit,

250 Me mala, pyra, ficus, nucesq; dixerat  
Sed et oua saepe susluisse ex edibus.  
My. O animos truces Didascalii, minutula hæc  
Delicta castiganda erant tam saeuitcr?  
Quenam (malum) dementia et patrem tuum  
255 Eò impulit, uti te iubcret propter hæc  
Tam atrociter laniarier, lacerarier,  
Etiam si ea ipsa admiseris? Pet. Pol neutiquam  
Mater, Liturgus hæc patris falso omnia  
Suggererat, pluribus at ipse obnoxius.  
260 Myf. Liturgus hæc? Me castor hic uesaniae  
Sue dabit penas, sategero quoq;  
Ut neuter impunitus istuc egerit.  
Mecum Petrisce mi domum ingredere, ut tibi  
Calido incubanti lectulo permollia  
265 Fomenta et unguina adhibeam. Pet. mater prei.

Chorus scholasticorum.

Iambico dimetro.

Amor parentis in suos  
Sit temperatus liberos,  
Ne moribus petulantium  
Connueat, sed arguat.  
270 Si indulgeat lasciuiae,  
Parcatq; lentis uirgulis

Proteruientes senserit,  
Neciq; uix subduxerit.

Lucretio gnatus cruci  
Cum adduceretur ab osculo  
Nasum momordit, paruulo  
Quia fuerat indulgentior.

Quid necuit Heli ac liberos  
Vna die, nisi blandior  
Correptio, & remissior  
Impuberum educatio?

Quin David Ammon passus est  
Cesum ense fratri Abessaloni,  
Quod non sororium ob stuprum  
Redarguit clementior.

Actus Secundus.

Scena Prima.

Iambici trimetri.

Philochrysum sola.

B Ellum diurnum plus timent mei amiculi  
Duo cum Didascallo in schola, q; singuli

B Noctur.

Nocturna mecum prælia in thalamo aggredi.  
Et ob hoc meam hanc operam locabo tanto eis  
270 Lubentius, quanto obsequi malunt mihi in  
Complexibus, q; in lectione Didascalum.  
Videbo et explorabo, ne didascalus  
Fortassis inconsideratos opprimat.  
Papæ, ipse adest repente subdolis, suis  
275 Stipatus (ut solet) undiq; auditoribus.  
Quid fact opus? intrò recurrendum oxyus,  
Et indicandum amasij, si quo modo  
Præsentibus malis queant occurrere.  
Neq; fugiendi neq; latendi hic est locus.

Actus Secundus. scena secunda.

Didascalus cum quatuor discipulis.  
Cabiscus, Stypticus, Philochrysum

300 **V**T dixeram prius, prehendite alacriter  
(Si occurrerint) nequissimos, ne aut impetu  
aut  
Minis eorum terga uertite. Disc. neutiquam  
Did. Pulsabo ad ostium. Recludite has fores.  
Phil. Quis pulsat ostium meum? Cabis. præceptor  
est.

Didas.

Di. Recludite. Sty. haud recludimus. quin te magis  
Tuosq; distractamuis ædibus, nisi  
Sponte redeas. Did. Aperito tu mulier fores,  
Ne quando iure consulatus te arguat. Disc.  
Præceptor in te lotium. Sty. habet. Phi. tun' fodi  
de hoc

Meum relinques ostium? Sty. Cabisce ades.  
Tu saxa coctilesq; lapides suffice,  
Philochrysum tu profer huc plus lotij,  
Facile hunc Aristarchum ædibus repulerimus.  
Pedunculose, sorride, ac phanatice.

Nondum recedis ab ædibus? Disc. Petræ ruunt.  
Præceptor effuge. Did. irrita hæc industria est,  
Captanda consilia altera. Hcus tu Clauiger,  
Accede consulem, roga mittat duos  
Lorarios, qui corrigendos exigant.  
Currc, hoc loco uel in schola morabimur.

Dis. Factum puta. curro, reuertor, hic resisto. —  
Cab. Ut incers & ignarus modò astat turpiter. —  
Abi cruentè, haud amodo cæfurus es.

Did. Sin' ego cedidero, cædet ipsus carnifex.  
Vetus est parœmia, Sin patrem tuum audias,  
Post uitricum auditurus es. Quid filij,  
Quid mihi rebelles improbe auersamini,  
Præter meam eruditionem, quicquid est

Et honestum, & æquum, & utile, et pium? an nihil  
330 Vos pudeat horum? an non dij ulciscantur hæc?  
Similes ne uestri cernitis passim cruci  
Gladio ue adactos emori infeliciter?  
Descendite heus descendite, ut peiora non  
Patiamini. Sty. Quas tu cruces, quosq; gladios  
331 Nobis paras uanissime? hinc si non abis,  
Saxis tuo illis cerebro hanc plateam  
Tuo crurore purpurabo. Abito dum  
Dis. Hem saxa mittitis in Didascalum impij?  
Saxa ne remittimus? Did. tacete, quiescite.  
Præstat tacendo iniuriam mihi fugere,  
Quam multa respondendo uincere. expedit  
Redire dum Lorarij ueniant: quia  
Cum stulto inire prælum stultissimum est.  
Eamus, ante ludum adeſt muliercula,  
340 Quæ me expetit conuētū, ut autumo. Dis. refuge,  
Mater Petrisci ea est. Did. noua ea contentio est,  
Vos introite.

### Actus Secundus.

#### Scæna Tertia.

Mysandra. Didascalus. Petriscus.

Sordi.

**S**ordide plago sc̄q;  
Didascale, ut qd in meū hūc sic filiū  
Crudeliter grassatus es? Non sic feræ  
Trux carnifex, non sic feræ à uenaticis  
Canibus solent lacerari, ut hic tencrrimus  
Laniatus est. Did. sile parum muliercula.  
Mys. Egon' tibi silebo pestis? egon' tibi  
Silebo? uix me contineo quin in tuos  
Manib⁹ capillos euolem. Did. quis te malus  
Genius agitat muliercula? an nulla ratio  
Tibi reliqua est? quo fine tandem filium  
Tuum in hanc scholam mihi tradiſi? nunquid ut  
Post scelerā postq; flagitia impunita sit  
Nequitia, peniculoue mulpis uapulet?  
Nōnne crudiri uolueras cum adduceres,  
Et pro sceleribus corrigi? cruditio haud  
(Vt is uel inuitus fatetur) defuit,  
Cur ergo uis sola abſit huic correxio?  
Pluris facis doctrina & eloquentia,  
Quām moribus pulcherrimis fore præditum?  
Mys. Non uitia corrigi, sed ouiculam ueto  
Innoxiam excoriarier. Fera bestia  
Heccine tua est correctio? iam didicimus  
Quæ se penumero audiuimus, quonam haec tenus  
Pacto uisu es nostris tyranne liberis.

Probis fatos parentibus & innoxios  
Sinamus ita cædi, trahi, mactaricr?  
Did. Innoxium uocas, qui adhæsit noxijs?  
Qui rem tuam domesticam furto abstulit.  
In gancumq; transtulit? qui in fornice  
Latens uagabundus ue sepe schola absuit?  
Pet. Mentire singula, ego ne mater patiar hæc?  
Did. An mentior, qui à patre partim istæc tuo,  
Partim ab alijs uera didici, partim quoq;  
Mihi ipse fassus es? Pet. ego fassus sum tibi?  
Mentiris ædopol. Did. At hic grex testis est.  
Mys. Fors uerbere extorsisti ut aliqua diceret,  
Et quid, si (ut assueuere pueri) uel pyra,  
Vel mala, uel ficus, uel his simile abstulit?  
Did. Adde oua, carnes, caseum, & pecuniam.  
Pet. Mentityur impudens. Did. uel ego uel tutemet.  
Mys. Quid audio? Tamillus hic puer audet  
Vel istiusmodi uel obolum attingere?  
Did. Et filium catuli subinde lebetibus  
Carnem extrahunt. Mihi crede mulier, si finas  
Adolescere hoc pacto tuum puellulum,  
Veretur cruci ne tandem adulterum nutriias.  
Mys. Quas tu mihi obtrudis cruces homo omnium  
Deterrire? ego ne filium meum cruci? Pet. Hem,  
Ego ne cruci? cedamus. Mys. Impudens caput.  
Did.

Did. Te contine mulier, alioqui ad consulem  
Duci iubebo, adjunt enim Lorarij. Pet. hui,  
Cedamus hinc mater, ualeat. Myfan. haud sicta  
men.

Actus Secundus. Scena quarta.

Lorarij duo. Didascalus. Discipuli duo.

Polymathes, & Philomathes.

Versus tetrametri seu octonarij

**A**bi domum impudens, bonosq; desine incesso  
sere viros

Conuitis, si non uelis (ut merita) cras traducier.

Salve magister. Did. uosq; aucte probi uiri. Lora.

τοῦ λυγκέος

Οὐετρος ēi. Did. quid ita? Lor. quia probitatem in  
esse perfficis

Vtriq; nostrum, quam hactenus quidem utriq; nul-  
lus credidit.

Did. Facete. Lora. erat cum muliere mala (ut ui-  
deo) tibi contentio

Di. Nec id infrequeſ ludi magistris, quis profecto

miserrima est

Conditio. Lor. lites redimeres has, multumq; ce-  
deres

Peniculis: Extra iocum: quid aduocasti nos duos?  
Nostra indiges opera? an rebelles quos oportet  
corrigi,

410 Sese erigunt? Did. Audite me, meretricula in uici-  
nio est,

Cui se applicant duo ex scholasticis meis nequis-  
simi,

Quos corrigendos dum uolcbam adducere, obdito  
ostio

Misis lapidibus propulerunt desuper. quapro-  
pter &

Opus nihil uestra est ope & prudentia, sed ma-  
xime

Authoritate publica. Lor. Iuuabimus pro uiri-  
bus.

Præcede, duc nos ad locum certaminis, quia pu-  
giles

Tuos uidere perlibet, cum quibus oportet con-  
gredi.

Did. Eamus. Dis. An concedimus? Did. manete,  
prestolamini.

Poly. Væh. natibus in uno tergoribus illis, quibus  
tot

tot uerbera  
Immorientur. horreo memorans. Tu clauiger uir  
gas para,  
Pulsant domum. Phi. nostri silent. Poly. introq; rū  
punt uiribus  
Phi. En alter exilit, tenet magister, alterum extra  
hunt.  
Sequitur meretrix ciulans. Poly. fortasse cæsa fus  
stibus.  
Viden' ut manu auersa retunditur? Phi. uideo uice  
sauij.  
Pol. O utinam & ipsam huc pertrahant, dissauian<sub>2</sub>  
dam mastyge.  
Phi. En iam reuincti funibus, ducuntur haud secus  
ac solent  
Fures phylacæ adducier. Poly. spectaculum lepi<sub>2</sub>  
dissimum.  
Iam quicquid irrogauerint probri aut dolimulcta  
bitur.  
Verum quia ad sunt proximi, cedamus intro. Ph.  
ita censco.

Actus Secundus. Scæna quinta.

Lorarij duo. Didascalus. Cabiscus. Styppiscus.  
B S Hos

**H**os hactenus nostros recipe magister, &  
scholastico

Ex more corrigere alterum seruabimus, dum tu al-  
terum

Cæcideris, nequid tumultus interim in schola ex-  
citetur.

Didas. Solue. An Cabisce non foret modo hono-  
stius, me auditio ad has

Spontaneum uenisse plagas, q̄ per hos turpissime  
Trahi ministros publicos, & hanc mouere tragœ-  
diam?

Cab. Cædes modo? at non amodo. Did. faxit deus,  
uerum caue

Ne postea te cedat atrox carnifex, quod est meum  
Nūc exequar. Lo. quo priuilegio secundus uapulare

An te superior ille nequitia, prior quod uapulare  
Sty. Ridete nunc, fortassis olim non adeo ridebi-  
tis.

Lora. Ceſſent minæ, numera Styptisce quot nani  
cottabos

Socius ferat, perferre cum te totidem oporteat.  
Sty. truces

Vos glutiant, uorent lemures, & ater tartarus,  
Me uos quoq; enecabitis? retaliabo si quicam.

Lora. Probe salutat nos, habenda gratia est, his  
uim,

uinculis

Soluatur, atq; uelibus spolietur, ut eò alacrior ad  
Pugnā sicut, nostroq; munere hoc modo expeditius  
Fungamur. Sty. hui, lorarij me soluerint? Lora. Lo  
rarij

Possunt ligare & soluere, huc profer lacertos, ne  
simul

Cū Sosia Plautino & ante cottabos pugnos edas,  
Atq; colaphos. Probus est, soluto cingulo tunicam  
abstrahē,

Thoraca laxa, ut uiuam ad usq; cutem facile Dis  
dascal.

Indusium mox auferat. Sty. Dic spiteruos perduit.  
Lor. Redit Didascalus, ut salutes ratio & ordo po  
stulat.

Vocatum ad ulmum modo accubare faciet fercu  
lum.

Did. Echo. altero hic festiūior, qui se apparauit præ  
lio.

Lor. Nos antagonissem nouum tibi ante prepara  
uimus.

Præter tua unguina nil fere desyderatur ampli  
us.

Propter minas lingueq; virulentiam, nostram hanc  
ei

Operam

Operam locauimus. Did. probe actum. & humc  
athletam inunxero.

Ades scelestē. Nonne mage decebat auscultare mihi,

Quām hoc scemate exemplisq; pessimis palam traducier?

Sty. Traducitis, traduxeroq; uos, suat si occasio.

L. Abi, data ē nobis prius iā occasio hæc, uideto ne  
Etiam secundo detur, & pœnitentia.

Quid tu fugis post uerbera? stultam facis rem, si  
quidem

Licuisset has plagas fuga euasiſſe, prudentiſſimum  
Profecto iudicarem: at ubi iam cæſus es, quorsum  
fugas?

Numera sodalis cottabos, animosq; mœſtos expli-  
ca.

470 Cab. Explicuero mox Baccho, dapibus, & puellis  
candidis.

Lor. Eho puer, tu Veneri, Iaccho, epulationibus  
uaces?

Ca. Vobis quoq; inuitis. Lor. & unde tibi pecu-  
nia? Ca. & quid ad

Vos attinet? Lor. Iam adeſt sodalis. Cab. commo-  
dum. Lor. sequitur quoq;

Preceptor. Ca. ad coruos, neq; amodo mihi præ-  
ceptor

ceptor est.

Valedicimus palam tibiq; literisq; et ludo huic  
sty. Valedicimus, meminerimusq; olim, ubi fuerit  
occasio.

475

Did. Abite, abite uel ad crucem, dum neq; suauibus  
quidem

Neq; asperis corrigimini. Cab. uah sordide. Sty.  
uah carnifex.

Lor. Valeant magister hi improbi. Did. caueant  
sibi: quod muneris

Mei fuit subiui, habeoq; gratiam uobis uiri  
Fortissimi, mecumq; adeste in prandio. Lo. placet.  
iterum

480

Illi ad suum rediere proflubulum. Did. doleo. nos  
sequimini :

Crepit ostium in uicinia, uitanda turba, sequimini.

Actus Secundus. Scæna sexta.

Mysandra. Petriscus.

Versus septenarius.

**V**ir abest, Liturgus abest, familia abest, ua-  
cant plateæ,

Vacantq;

435 ✓ **V**acantq; uicinæ domus, quid sola ego obtuebor  
Deses parietes feriae ne publicæ? Petrisce,  
Ades, (est enim quod filio mandem, priusquā mā  
bibo ad  
**P**hilēniam atq; Euodiam) heus prodis ne? quid mo  
raris?  
**P**et. Mater clā p̄aſto ſum, quid eſt quod m̄a ope  
ra curatū  
436 ✓ **V**oles? Myſan. cape has claves, domum dum redi  
ero curato  
**P**et. Curabo. Myſ. adibo proximum œnopolion ad  
amicas,  
Veluti ſpoſondi. Si pater uel ſi Liturgus ueniat,  
Tu traditis his clavibus me accerſe, modo regrāt.  
**P**e. Faccio. uerū ad ludū ut excā statim neceffe eſt.  
437 ✓ **M**yſ. Vbi feceris que iuſſerim dimiſero, quocunq;  
Libuerit ibis, interim claudenda claudito, atq;  
Si qua aperienda aperi. Cauē nequid domesticarum  
Mi gnate rerum pefſum eat. **P**et. matercula id ca  
uebo.

Euax mihi omnia credidit mater m̄a his collatis  
Mihi clavibus. Iam intra Petrisce ad quaslibet pa  
rentum

Opes, reclude matris abdita ſcrinia, ut pigmenta

¶

Piper

Piper eximas, aperi patris thesaurum, ut inde argenti,  
Quatum citra notam audeas, tollas, adi securus  
Nam solus es sine arbitris, foribusq; pessulum ob-  
de,  
Ne quando callidus Liturgus opprimat te incanus.

565

## CHORVS

uersu dimetro.

**Q**Vanquam probi infestos sibi  
Semper tulerunt improbos,  
Tamen fuerunt ante nos  
Feliciora tempora.

Iam ridet auditor suum  
Didascalum, puer senem,  
Sanctum prophanus, impius  
Pium, parentem filius

Iuratio, deuotio,

Obscenitas, lacsciua,  
Furtum, dolus, procacitas,  
Pucros cum ephebis occupant.

Mores parentum lubrici,  
Amplectitur quos puerulus,  
Nimia quoq; indulgentia,

Causa

Causa atq; fomes omnium est.

His itaq; non medebimur,  
Nisi tum parentum, tum boni  
Didascalii vita integra, &  
Correctione acerrima.

Stulticia si ligata sit  
(Schlomonis ex sententia)  
In corde pueri, uirgula  
Seueriore fugabitur.

Nam uirgula dum cæditur,  
Non corpus ipsum occiditur,  
Sed liberatur ignibus  
Cæsi anima horrendis tartari.

Quamvis enim impossibile sit  
Corrigere, quem deus oderit,  
Cædendus est tamen impius,  
Quo habeant timorem cæteri.

Actus Tertius. Scæna Prima.

Liturgus. Petrus. Septenarius.

**D**utius moratus est melanius, ut dij omnes  
Morentur ipsum in distrahendis carnibus  
uiciissim.

Quod

Quod commodum sibi sedulo inuestigat, at quid as  
lijs

Incommodebat, perpedit ipsius neutiquam. Nam certo  
Est certius, si uerbera euadam, hera mihi mala  
dicta

Mox ingeret, magne infidelitatis insimulabit.

Herus modestus est, herus tranquillus est, contra  
illa

Nil immodestius, inquietius, impudentius ue,  
Iam plena compita sunt. in ore est omnium pro-  
caxis

Malicia foeminae, qua in optimum virum insaniuit,  
Pro pestilente filio, dignissimeq; cæso.

Pct. Si ipsam mihi teneam catenis ferreis fortus  
nam in

Neruo ligatam, non quedam extorquere commoda  
tanta,

Quanta ultro iam est largita. Pipere, zaccaro ato  
que cinnamo

Hanc manicam & intimos sinus tunicae repleui. ac  
aurum

Suffarcinabo peplo inuolutum in subligaculo, ne  
Si fors sit explorata, me crumenam furti accuset.

Ex mille nummis quindecim uix abstuli, sed totos  
Rutilos & aureos. Pater non deprehendet, quod se

C Deprensi

Deprenderit, tempus docebit, quid reus prætex-  
am,

Et commodum . nam adest Liturgia , auctor huius  
furti

Futurus, ubi res postulauerit, has eidem claves

Tradam, atq; abibo, sodalibusq; cuncta mox par-  
tibor.

Quid ades Liturge. quid inquam ades serius, ubi,  
transiuit

Ferme hora prandij? Lit. quod haud possem citius  
adipisci h.e.c,

Quæ uoluerat matricula tua, eunulos, perdices,  
Capum, anserem, ueruecis armum. & his similia.

Vbi est heras Pet. abijt cum familia , iussit & tibi  
claves

Has traderem. nam lectionum tempus est, Iudum a.  
deo.

Lit. Da, uade, ne pater domi foris ue te prehēdat,  
Pet. uado. bene est, quod omnia euenerū fortunatae.

Hui, vah mihi, redit pater, ni fallat oculus. Ipsus

Est. aliquid ut me hoc explicem pauore communis-  
car.

Adueniat, est quod facile persuadebo: obit commen-  
tum.

Actus

Actus Tertius. Scæna Secunda.

Trimetri.

Galenus, Petrus, Mysandra,

**V**bi sunt libri Petris? quin scholas adis?  
Pe.

Sub uestibus pater. Gal. explica, ne quemadmo-  
dum

Edoctus es) furtum rei domesticæ

Suffarcinaueris. Pet. En pater mi codices.

Mys. Plus satis in uno exhauriendo congio

Morata sum, quod non uenirent, que tamen

Dudum mihi spoponderant. Nunc tempus est

Parare ueffperi, que edenda sunt. Quid hoc?

Eho, redit Chrysippus hic solito prius,

Rursumq; uexandum Petriscon excipit,

Scrutatur, atq; territat. Quid hoc (malum)?

Dementia? Si impune puerum laferit,

Mysandra non uocabor. Haud me deditus

Exanimi uidet, morabor in ostio,

Vt candide excipiam uirenti uerbere.

Gal. Esto, sed hac iter ad scholam? Pet. non est pas-  
ter:

Verum ad meam materculam (uti præceperat)

Vocandæ eo. Gal. quo mater abiit? Pet. in forū

C 2 Pater,

550 Pater, quo emat quod erit necesse uesperi.  
Gal. Abi, caue mendacij ne te arguam.  
Pet. Successit hoc. iam adibo præfectos meos :  
Vbi matri adesse patrem atq; seruum dixero.

Actus Tertius. Scæna Tertia.

Galenus. Myfandra.

595 N Il mihi boni præsaga mens de filio  
Promittit, una heu mater in culpa est, suam  
Demens per indulgentiam quod funditus  
Corrumpitur. Si obnitar illi, aut arguam,  
Mox gliscit odium, & iurgium, & turbatio. At  
Quid in ostio ipsa: profecto sunt que non satis  
Cessere ei ex sententia, pallori enim  
Vultus rubor permisitus istuc indicat,  
Quid pestilentius uiro sit pacifico  
Muliere mala: non aspides, non tigrides.  
Myf. Impie, cruenta, edax tuorum uiscerum,

600 Quid in meum gnatum tuos animos truces  
Iam prodidisti, ut instar pecudis redeat huc  
Laniatus? An paterna mens tam dura sit,  
Ut filium suum adeo discerpi uelit,  
Te præter unum in beluam mutabilem?

Gal.

Gal. Vxor tuis moderare paulum affectibus,

612

Sermonibusq; brevibus aurem accomoda,

Scis cur puer percussus est? quid feceris?

Non pro leuiculis aut minusculis (quod et)

Fortassis arbitraris) his affectus est

Plagis, sed ob mendacia, ob furtar, ob mala

610

Furum sodalitia, quibus cum in ganeo

Versarier didicit, scholasq; omittere,

Ea propter istunc (ut decebat) ulmeis

Cædi flagris, non unguis discerpier

Mandaueram. Id crudelitatis arguis,

620

Id impium, id uel beluinum iudicas,

Si ob scelera sua puer parenti uapulet?

Non hoc sacris iussum et prophanis legibus?

Non æquum, honestum, et patriæ affuetudinis?

Quin te mage ausim criminum caput omnium

625

Contendere, utpote que tua indulgentia

Pueri indolem alioqui bonam corruperis.

Mys. Mentiens istaec omnia insulsum caput.

Num annos puer uix quatuordecim habens, tibi

630

Scortabitur, furabitur, bacchabitur?

Egône eidem omnis mali dedi originem?

Hem tibi caput stolidissimum. Sic disce, sic

Disce obloqui mendaciter mihi impudens

Nugator, insontemq; cädere filium.

C 3 Gal.

635 Gal. Prima haec feram mea uxor abs te uerbera,  
Verum secunda si feram iam nescio.

Mys. Feres secunda et tertia, modo pergis hoc  
Modo loqui. Gal. heu. Mys. ne fle miser. Gal. certe  
miser.

640 Mys. Sic terge ocellos, atq; abi in malam crucem.  
Nam senties peiora, si reuerteris.

Actus Tertius. Scena quarta.

Gnorymus. Galenus. Mysandra.

645 **S**trepuit domus uicina turba aut iurgio,  
Videbo quid siet. Galenus astat hic  
Præ foribus. Heus uicime, quid faciem fricas?  
Quid lippiant oculi? quid ægri passus es?  
Gal. Fumosa domus est, et oculis meis nihil  
Fumo molestius. adeoq; cum mea  
Uxorcula iurgatus exeo. propulit  
Fumusq;. Gno. quid fumus? cū et ipse annos decē  
Habitauerim hanc domum, nec unquam (quod sci-  
am)

650 Fumo molestiam passus sim. Gal. sic est. uide.  
Gno. Videbo. ubi hic fumus? Mys. secundo ades im-  
pudens?

Feras

Feras secundo oportet. Hem tibi. Gno. malū. Gal.  
habet.

Mys. Tum' es? virum putabam. abi, quod habes  
tene.

Gal. Redit. quid es? fumos ne nondū expertus es?  
Gno. Haud miror equidem, quod modo hæc fumo-  
sa sit,

Cum extra focum ligno ardant uirentia.

Cuius domus tali rogo haud sumosa sit?

Cuius oculi fumo pari non lippiant?

Gal. Ha ha he, te ex experirier fumos meos  
Oportuit? Gno. Vicine, camus obsecro,  
Et optimo uino serenemus oculos.

Mæroribus medeamur his Bromio sacro,  
Lætisq; poculis abluamus tristia.

Gal. Placet. Gno. quid age dic mi Galene, quid tibi  
Cum illa negotijs Gal. audies. Gnatum meum,

Quod clanculo quedam domo abstulit, acribus  
Cædi flagellis iussoram. Gno. meritò quidem.

Gal. Id uxor ægrius ferens (quia filio  
Indulget ultra quam sat est) me primulum ex

Agro reuersum obiurgat impudentius,

Cum deinde totius mali ipsam dicerem

Fontem atq; originem, uirentem insaniens

Fustum meo illidit levatum uertici.

600

660

660

670

Gno. Post tale tonitru hymbrem sequi necesse es  
rat,

675 Sed sustines? Gal. non sustinerem Gno ryme,

Si mihi perinde placeat ac tranquillitas

Turbatio, primum hunc feram non alterum.

Gno. Dum animus quiescit coniugis secreto adi-

Expostula acriter cum ea de singulis,

680 Silenitate flexeris, longe optimum.

Gal. Et haec mea est sententia. Gno. hem cedamus  
hac,

Contraq; curas hauriamus congium.

## CHORVS

Iambico dimetro.

685 CReata sunt solatio  
Baccho dicata munera,  
In gaudiumq; danda sunt  
Sumenda quoq; mōrentibus.

Sumenda sunt mōrentibus  
Pro temperato gaudio,  
Non regibus nec satrapis,  
Ne iusta ex aqua negligant.  
690 Si hostis greges abegerit,

Si cura mentem presserit,  
Si uxor malis me affecerit,  
Vinum bibendum porrige.

Dum mea Megaea in me furit,  
Dum blasterat, dum perstrepit,  
Dum illidit aulam uertici,  
Vinum bibendum porrige.

Porrige bibendum largius  
Vnum duos ue congios,  
Ut mens dolore tabida  
Per Liberum refloreat.

Dum flauet in calice merum,  
Dum ue exiluerit poculo,  
Cave modum ne excesseris,  
Gule' ue nimis indulseris.

Nam blandius solet ingredi,  
Ridentis instar pueruli,  
At nisi modum seruaueris,  
More aspidis momorderit.

Si biberis immoderatus  
Quod gaudio creatum erat,  
Irā, probrum, libidinem,  
Simileis' ue pestes imbibes.

Cui ueh? cui querela? cui  
Plage? cui discrimina?

C S Viro

Viro qui Iaccho deditus  
Studet hauriendis poculis.  
Mediocritatem igitur tene.  
720 Ne plus minus' ue sumpseris,  
Neceſſitas quam postulat,  
Extrema enim uitiosa fuit.

Actus quartus. Scena Prima.

Iambici ſenarij.

Petrifcus. Cabifcus. Stypifcus.

721 **I**lla regreſſa, adibo prefectos meos,  
Plane futurus luce clara acceptior.  
Adeſte ſocij. adeſte amiculi, oſtium  
Reſerate quam poſteſlis hoc citiſſime.  
Cabifc. Congerro ſalve. quid agitur? ſana eſt  
cutis?

Pet. O mi Cabifce, quoſ iſtibus nates meas  
Lanauerat Didascalus. Qui amabo dic  
Vtriq; ueſtrum cum magiſtro conuenit?  
Cab. Prorſius nihil. nam uenit huic uiolenter, ut  
Nos in ſcholam perduceret, ſed lapidibus  
Abactus eſt. Miſit miſtrios publicos,

Quiſ

Quibus resistere non valentes, faciunt  
Vincti sumus, traxi sumus, cæsi sumus  
Tam immaniter Petrisce, ut hulcerosior  
Nostrum utriusq; sit cutis, quam scabre ouis.  
Aut omnium qui in compitis superem rogant.  
Meis medentur clinibus Philochrysum, &  
Socij Philargyrium. Pet. Suavis unctio.

Cab. Quid plura? uterq; scholis renunciamus.  
Pet. Et ego renunciaero, si cesserit.

Matercule ex sententia. Iam amiculi  
Videte quis me dotibus fortunula.

Beauerit. Videte cinnama, zaccarum,  
Piperq; plurima. Sty. per Aphroditen plurima.  
Petr. Nondum omnia. Sty. hui, quid subligaculo co-

rues?

Per Herculem, pecuniam. Cab. pecuniam?  
Sty. Pecuniae (ita me Mercurius amet) satis.

Pet. uidete nunc. Sty. O Iuppiter, iam Cæsare  
Beatores, aureos philipeos

Videmus ultra quindecim. Hæc poterunt putds,  
Poterunt domi celarier? Pet. poterunt patri.  
Sty. Si illi, sat est. Pet. hæc trado uobis largiter.  
Cab. Et nos tibi utram uolueris amiculam  
Nostram suauiter. Stypisce, nos quidem  
Arguimus ignauissimi, si simile nil

Patrdo

Patrauerimus. Sty. Inslitue, quod factum uoles,  
Habebis usq; me paratum ad omnia. Cab. heus  
760 Amicule, Petriscon introducite.

Tractate comiter, fouete molliter,  
Amate dulciter, dum obambulabimus.

Actus quartus. Scæna Secunda.

Philochryston. Philargyrium. Petriscus.

V Ideon' Lepusculum meum? passerculum  
Meum? ades amatorcule ades, ecquid fas  
foriss?

765 Phila. Ducamus intrò. Ingredere belle amicule,  
Ingredere. quid uult erui femoralibus?

Pet. Primum omnium afferri iubete celerites  
Træ optimi musti falerni congios,

Bellos agamus homunculos meæ animulæ:

En aureus philippeus. Philo. pulcherrimus.

Puella ades. primum introi, tum misero.

Nam quispiam in uico strepit. ne forte non  
Velis uiderier. Pet. sequor, strepitum audio.

Actus quartus. Scæna Tertia.

Rusticus. Cabiscus. Stypiscus.

Pecus

**P**ecuniam mihi tradidit vir urbicus.

Sed fraudulenti ut plurimum sunt urbici.

775

Et rustico imponunt, quicant modo commode,

Iccirco (si sapiam) priusquam abiucro

Numeranda denuo est, & exploranda si

Sit iusti (ut inquit) ponderis, monetaq;

Si publica & probata sit. Locus aptus hic.

780

Cab. Fortuna iam fauet, video pecuniam.

Sty. Nihil interest inter uidere & habere? ubi?

Cab. Vbi? uides ne stupide stupidum rusticum

Nummos suos numerantem ad aedes proximare?

Sty. Video, sed an tibi numeret, non sat scio.

Cab. Numerat mihi & tibi si uelis. Sty. uolo aedes

pol.

Sed quo modo? Cab. doccio te breuissime.

Sty. Ausculto. Cab. iunge te uiro, atq; continuus

Affare blanditer. Inde & inter fabulas

Nummum subduce quemlibet, dein uiculum

Te in dexterū mox proripe. Sty. hem. Cab. sile parum,

790

Sequetur oxyus, sequenti reijce,

(Si sit necesse) posteaquam sat alijs

Abduxeris à nummulis. Sty. rem intelligo.

Cab. Tace, ego interim tota citra pecunia

Correpta, in hunc uicum finisrum fugero,

795

Vterq;

Vterq; facile plebis in frequentia  
Latebimus. Nunc sine mora ipsum accedit.

Sty. Accedo. Faxit Mercurius, ut prospere hæc

Vtricq; cedat uaficies. Saluus sies

Probe uir. tun' es Portengius? Rust. non sum qui  
dem

Portengius sed Spengius, quid hoc rogas?

Sty. Portengius Coerengius' ue si fores,

Per te meis mandare possem amiculis,

Putasne iusti ponderis sit hic aureus?

Rust. Est. Cab. habet. Rust. ades, quo curris impro  
be? heus redi.

Cabisce. Persequitur in uicum, relictis omni  
bus.

Iam iam uices Cabisce, iam tuæ uices.

O Crœsi opes, Midæq; gaze amplissimæ.

Quam multa fors fortuna mi semel aggeris.

Vt integrum hanc pecunia summam simul

Nactam, absq; furto in pileo sic colligam.

Recurre iam Cabisce uiculum in alterum.

Moue tuos celeres pedes, ne uideat aut

Te deprehendat Rusticus, cum redierit.

Actus quartus. Scæna quarta.

Rusticus. Philochrysum.

Phia

Philargyrium. Petrus.

Versus tetrametri.

**E**go ne miser? egone stultus? qui scolastico  
uago

Credens Philippum perdidis; melius? redire ad al-  
teros,

Ne simul & illum & hos. Ut omnia euoluta co-  
spicor?

Heu me miserrimum: deest summarium peculium.

Basis senectutis meæ, atq; post labores unicum

Vitæ meæ solatum. Quid restat heu mihi misero,

Nisi triste mendicabulum? O ciues miserrimi senis:

Miserecite. Philo. heus mi uir, quid hoc clamores  
ante hoc ostium?

Quid accidit? Rust. perijmiser. Philo. quamobrē?

Rust.

Ego occidi uirūm

Miserrimus. Philo. quid hoc? uirum occidis? erat  
consultior

Fuga tibi quam clamor. Rust. ego non occidi, at  
occidi miser,

Mulier. quia ibi descederam paulo prius, pecuniam

Mei laboris precia numeraturus, adeunt perfidi

MC

Me nil mali tum sufficantem duo scholastici (ut au  
tumo)

810 Quorum alter (ut blande locutus<sup>p</sup>) mox Philip  
pum surpuit

Quem dum fugacem persequor, uenit alter ac to  
tam rapit

Vita meæ substantiam. Pet. Texxi καβισκουν  
sia.

Rust. Quid ais puer? Pet. te inquam miscellū. Rust.  
nil profecto certius.

Sed quē citabas in tuo sermone peregrino, refer.

830 Quem tu mihi Cabisco? quid ridetis? Pet. οὐ νοε  
σύπτω.

Rust. Quis nam Stypos? num uestra id actum con  
scientias quis hic

Stypos? Philo. Abi hinc Stypos, tuam ne nos pe  
cuniam exiges?

Abi hinc senex delire. nos scimus tuam pecuniam  
Pulsate, uerberate, trudite procul his ab ædibus.

840 Philo. Iaces senex delire? abi ocyus hinc uel ad cor  
uos, uel ad

Tua sterquilinita. An tua pecunia nos argues  
Fures? Abit socors, et ut meruit luto fœde oblitus.

O quanta lucra quanta commoda opesq; mox uide  
bimus.

Rust.

Rust. Quid agam querarue? quo miser me uertam  
opis modo gratia?

Si ad praesidem confugero, argentum deest, quo  
iudicis

845

Animum in meam sententiam flectere que am: uadā  
tamen,

Si fors meam sortem misertus adiuuet. Quām ue-  
ra sunt

Quæ dicta sunt prouerbio: Abit in calamitosum  
illusio.

Philo. Te subtrahas Petrisce oportet, nam pater  
cum Gnorimo

Redit ebrius domum, amiculos morabimur nos se-  
dulo

850

Actus quartus. Scena quinta.

Galenus. Gnorimus. Septenarij.

**Q**uid nunc futurum Gnorime? an domum in  
trogressus iterum,  
Vxor is infælix caput uerberibus obiectabo?  
Malim profecto uiro cum fortissimo pugnare,  
(Neccesse si sit) cominus, quām in mulierem ri-  
xari.

D Gno.

Gno. Non ibis hac hora, audies me, uesperi cum  
 inslabit  
 Cœna, & uocandi iam hospites, stabis meis pro fo  
 ribus,  
 Videbis ultro te uocauerit. Nec alio pacto  
 Malam mulierem rectius mollire quam con  
 temptu  
 Poteris. Gal. Id usque experior, obsequar tibi. Gn.  
 prudenter  
 Facis, docebo te quoque intus pluria. Gal. I sequor  
 te,  
 Ignoro quos utrinque risus audiam obstrepenes  
 Malo fugere dictoria irridentium, quam uerbis  
Reuincere.

### Actus quartus.

#### Scena Sexta

Philochrysum, Philargyrium.

Cabiscus. Styphiscus.

**E**vge adsumt amiculi. Petrisce educto  
 Ne prodeas, nondum pater propri  
 am domum introiuit.  
 Cab. Cur nam sequenti (ut iusseram) numisma  
 non

non reddebas?

Sty. Reijcerem egōne Philippeum tam splendidū  
nequaquam.

Cab. Si redderes, minus foret periculi, tibi pri-  
mum,

Quia unde te accusaret haud haberet præfidi, atque  
qui

Me (ut suspicor) nō uiderat. Sty. me accuset, obo-  
trudatq;

Me præfidi. meliusq; tenere quā abiijcere Philippū.  
Eccas amiculas. forē obseruant, mora nulla ne sit  
Nobis reuertētibus. Phil. adesse cito, mora in pere-  
clost

Cab. Quid nunc? ut estis timidae, ut estis scrupulo-  
se. mente

Amātē oportet esse libera. Phi. profecto oportet.

Fortuna ut arrisit, fuit secūda? Cab. nunq; mclior.

Crœsi adfero ingentias opes. Philo. dic serio Cabis-  
ce,

Nū Rusticū expilastis? Ca. hē, qd rusticū: pol nūgæ,

Quid huius in mētē uenit? Ph. miris modis turbauit

Iā rusticus (nescio quis) hāc nostrā familiā amoena

Et liberam. duobus implanatum ait se se esse

Nebulonibus. Phila. Scolasticis. Phi. quem (ut par-  
erat) trusumq;

870

87-

880

Cæsumq; disturbancemus. Technas Petriscus uer-  
stras

Certe autumat. Sty. Ha ha he. Phila. quis hic risus  
(quod aiunt) plusquam

Sardonicus? Cab. mea unica Philochrysum te  
dono

825 Hoc munere aureo. Sty. duploq; te Philargyrum  
hocce

Argento donabo munere, intrò iam properemus  
Sortemq; nostram inter caliculos planius recite-  
mus.

Properemus (inquam) utrimq;, namq; in uiculis fit  
strepitus

Actus quartus. Scæna Septima.

Trimetri.

Sycasta. Prætor. Satellites tres.

840 **M**iranda sunt si quæ feruntur, uera sunt  
Tum de Cabisci, tum Stypisci fraudibus.  
Nisi tempori his prætor malis occurrerit,  
Paulatim in omnem prorunt licentiam,  
Quapropter illi hæc suggesta censeo,

Capien

Capienda si qua mihi ferantur commoda.

Et commodum se Prætor ipius ingerit.

Sat. Te heros Sycastes ultro conuentum petit.

Præt. Moremur, hoc cum homine mihi est negotium.

Sat. Delator in casses tuos feram inferet.

Syc. Salve Domine Prætor. Præt. Sycasta saluus es.

Nihil nouis Syc. parum. Præt. parum refer. Syc. nihil.

Tibi de Cabisco aut de Stypisco proditum?

Præt. Certi nihil. qui sunt ijs? Syc. adolescentuli,

Pol omnium quos terra habet nequissimi,

Qui fraude paſsim quoſlibet,

Qui uina, carnes, lectulos, dolo auferunt,

Præt. Qua uafricie? Syc. Lögum foret tibi singula  
Enucleare, pauca breuiter strinxero.

Nosti Lupi intersignum? Præ. Noui probe.

Syc. Scio. Huc Cabiscus & Stypiscus (ut sibi  
Condixerant) urnas ferentes fictiles,

Ab œnopolia postulant germanica

Vina, & que ibi nouere non uenundari

Iam, cretica. Inde missi in ædæs alteras,

Aquam hauriunt, dulce simulantes creticum.

Denuo adeunt ædæs priores, altera

Fracta lagena, postulantes congios  
Vini duos renens (in fortunum  
Swum querendo, & improbum uinarium)  
In æneo sibi commodando uasco.  
q. 20 Vir acquiescit precibus, haud quaq; sibi  
Data uerba suspicatus, at premium meri  
In ænea prompti fidelia exigit.  
Illi inquiunt omnem se in effusum prius  
Pecuniam expendisse: sin credat minus,  
q. 25 Lagunculam cum cretico dare pignori. Hanc  
Vir nil doli latere suspicans, sibi  
Seruat. Abeunt, spōdentq; cum pecunia  
Mox se ad futuros, sic suo genio uacant  
Incogniti, damnum ferentes hydriæ.  
q. 30 Præ. Per Herculem astus hic facetus, possiet  
Remittier, nisi accidisset crebriter.  
Syc. Cape reliqua. Cum idem eadem uespera  
Te, presidem, & totum senatum, in ædibus  
Cœnarc noscent consulis, uiam obsident,  
Per quam sub horam noctis (ut fit) tertiam  
Artocreas ferret minister, & alia  
Postrema mensa fercula, oppandunt quoq;  
Tenuem angporto funem, ut implicitus pede  
Imprudens luto incidat. Tandem statu  
Rediens minister hora onustus lancibus,

Fume obligato præsus in lutum labat,  
Cauensq; dapibus, sibi c auere negligit.  
Verum inquinatus dum studet mundarier,  
Cum pluribus etiam hi duo simul affluunt.  
Alter sibi porrecta edulia sustinet,  
Alter laternam dum leuat collapsam humi,  
Simulatq; corrigere, dolo extinctam rapit.  
Fugiunt uterq; per tenebras noctis,  
Casso ministro, te, tuisq; famentibus,  
Genio suo indulgent, cutemq; exporrigunt.  
Præ. Istuc magis furtum sapit. Num plura sunt  
Huius farine que sicut memoranda? Syc. Sunt  
(Nisi te grauet prolixitas) quam plurima.  
Nam lectum ab altero editum alter sustulit.  
Modoq; ferunt eos abstulisse rustico.  
Præ. Modo? Syc. modo, fama publica est. Præt. sed  
quomodo?  
Syc. Nisi sit onerosa (inqua) tibi prolixitas,  
Quod fama fert modo publica tibi suggeram  
Præ. Prolixitatem nec locus nec tempus hoc  
Patitur, in auditorio dicturus es.  
Sed ubi latere modo putas latrunculos?  
Syc. In ganco se aliquo retrudunt suspicor.  
Nam è ganco ferunt eos didascalio  
Iam per ministros publicos contraditos,

q6r  
Præ. Hem. Syc. uapulasse. Præt. quid ergo? sunt  
scholastici?

Syc. Fuere, sed puto iam abdicatos litteris.

Præ. Vade experire, deinde mox domum meam  
Reuertere. Syc. faciam quidem non segniter.

Præ. Vade cito, dum ferrum calct, cudendum crit.  
Paulum moratus mox domum reuortero.

q7o

Actus quartus. Scæna Octauia.

Septenarij.

Rusticus. Pretor. Satellites tres.

M E miserum, ut infortunia infortunijs succedunt:

Hunc circiter locum miser pecunijs meis spolia  
bar,

Hic uapulabam, & in cloacā deprimebar insonos.

Et hactenus querendo susq; dcq; prætorem, adeo

Tandem fatigatus sum, ut hiscere uix queam ad loquendum.

Sed ecceum, adest cinctus caterua militum suorum,

Adibo : reddat hunc mihi deus pius, mansuetum, &

Tractas

q7v

Tractabilem. Præt. quid uult sibi uillanus ille? ad-  
esto.

Sat. Procede, ades pagane, quid tibi negotijs? adfis.

Rust. Volo, sed pudore deforor. Sat. minus pudens  
dum, accede.

980

Præt. Ne sternere, at causam tuam explica, absque  
pauore

Rust. Heu domine prætor hoc die, hac in urbe, in  
hac platea,

Pecuniam quam pro laboribus meis immensis

Paulo prius receperam, tota miser spoliatus

Sum. Præt. quomodo? num astu doloue? manibus  
aut violentis?

990

Rust. Si me audiat dominus meus, breui admodum  
sermone

Astu exposuero, neutiꝝ violentia. Præ. proferto.

Rust. Dum nummulos meos recensco, uenit adoles-  
cens,

Scholasticum quem suspicabar, comiterq; locutus

Mihi primulu, rapit illico imprudensi (ut extimo)  
unum

990

Philippeum, fugitq; quem dum nitor assequi, mox

Me paululum abducto, uenit sodalis (ut coniicio,

Quamuis prius non uiderim) & tollit semel mihi

omnem

Mi domine residuam pecuniam. Præt. quis ausit  
istuc

q95 In urbe libera? quid hoc? Rust. sic actum. Præt. eū  
describe,

Quem uideras. Rust. pulcher, agilis, comaq; cim-  
cinnatus,

Non admodum procerus, at rubente tunica indu-  
tus,

Nigroq; pilcolo caput uelatus. Præt. hem, uena-  
bor,

Siquo modo hos queam duos præhendere nebulosa-  
nes,

l000 Et perdere. Rustic. ecquid proderis misero impio  
perdendo,

Si non quod abstulcre eidem reddier curariss?

Etsi quidem mi domine agricola sum rudis, bar-  
dusq;

Non tamen debere te tantum iuuare oppressos,

Quantum opprimentes plectere. Sa. intulit probe  
me hercle.

l005 Præt. Quid efficere queam nisi exhibeas mihi no-  
centes?

Rust. Scrutetur hanc dominus meus domunculam,  
fortassis

Pecunia meæ indices fures' uc deprehendet.

Præ.

**P**ret. Quo nixus argumento id autumas? Rust.  
meam dum sortem  
**F**lerem miser miserabilem, hac domo exeuntes  
ipsa  
**H**ora due muliercula, scholasticus quoq; procax,  
Illudere meam calamitatem, opprobrioq; affe-  
ctum  
**A**bigere, cum nonnulla mihi de illis foret suspicio.  
Et nescio quos mihi Cabiscos quos Stypiscos lu-  
dens  
**G**rece puer memoraret. **P**ret. Hem, secede paulu-  
lum, sed  
**L**ongius ne abesto. abi. Sat. per Herculem hic Cas-  
biscus  
**E**t, hic Stypiscus est, qui similibus tibi heros  
Sceleribus accusati erant, qui oppignerarunt uino  
Redempto aquam pro cretico, atque consulis mis-  
nistro  
**L**apsu inquinato traditas dapes sibi abstulerunt.  
**P**re. Apparet. osiu crepit, uidete quis prospiciat.

**A**ctus quartus. Scena Nonna.  
Trimetri.

Stypiscus. Satellites. Rusticus. Praetor.

Videbo

**V**Idebo si tutus Petrisco transitus  
Hinc ad parentes pateat, hui, quid prætor  
hic?

Sat, hic est profecto dominus, quem iam rusticus  
Depinxerat, se subtrahit. Rust. uidisti hunc  
1625 Qui prodigit profecto is est qui suscitavit  
Philippeum, reliquias furti conscientius.

Præt. Properate uos, irrumpite, & producite  
Totam familiam, fortiter. Sat. parcbimus.  
Aperite, disimulant, at intrò rumpimus.

1630 Prodite uos, prodite, Prætor uos simul  
Vult conuenire. Rust. timeo fortioribus  
Aut pluribus tres non queant resistere,  
Clamant, fremunt, tumultuantur, obstreput,  
Res salua, plorant, deprecantur, exequunt  
1635 Manicis reuincti ferreis. trepidique eos  
Sequuntur improbus puer cum foeminis.  
Quid nunc futurum? quid spesi mihi reliquum?

Præt. Cédantur hæc prostibula colaphis, at alios  
Tres in phylaciam puniendos ducite.

1640 Tu sequere, reddetur tibi pecunia.  
Rust. Denyo renatus uideor, hinc actus tuos,  
Mores tuos heroicos, clementiam, &  
Prudentiam, laude efferam dum uixero.  
Præ. Non hoc requiro, sequere me in prætorium.

Chorus

# CHORVS

Iambico dimetro.

**O**bediendum præcipit  
Tum sacra tum prophana lex,  
Principibus & senatu  
Qui plebi honeste præsident.  
Non modo pijs, clementibus,  
Probeq; præsidentibus,  
Sed & improbis & dyscolis  
Est obsequendum satrapis.

1045

Nam omnis potestas à deo est,  
Quæq; à deo ordinata sunt.  
Itaq; potentibus obstrepens  
Dei resistit ordini.

1050

1055

1060

1065

Hi dirigunt rem publicam,  
Rebusq; priuis consulunt,  
Sine his nec usquam tutus est  
Nec in urbe nec in agro locus.

Hi pauperis uide, orphani,  
Inopisq; causam vindicant,  
Hi ruficos innoxios  
Seruant, perduntq; noxios.  
Per hos sacris sub ædibus

Ritus

Ritus sacrorum permanent,  
Per hosq; leges publice  
Vigent ubiq; gentium.

1070 Quid Core Dathanq; perdidit,  
Quid Abessalom, quid Bochriden,  
Nisi insolens in principes  
Gentis sue arrogantia?

1075 Te itaq; magistratum decet  
Venerari honore debito,  
Quod Cæsari ipse præstítit  
Christus, suisq; tradidit.

1080 Ne dum Ioui recalcitres,  
Iaculato ab axe cœlico  
Cum immanibus gygantibus  
Pcreas trisulco fulmine.

### Actus quintus. Scena Prima.

Iambici trimetri.

Gnorimus. Galenus. Liturgus.

Pvtauimus pro foribus his bacchantium  
Pugnas fuisse, iam nihil tumultuum.  
Prodi foras Galene, nugemur foris.

Gales

Ga. Perterrituit profecto me quoq; strepitus,  
Sed iam quid uxor incipit? m. m. d. a. dat

1085

Liturgo ab ostio. Gno. ut quidem ante dixeram,  
Te reuocat ultro, non ferens absentiam.

Lit. Me iussit hera quæ situm abire herum meum,

¶

Gnatum suum, quos ubi modo inueniam haud scio.  
At herus ad ædes Gnorimi iocundus est.

1090

Gno. Num te petit? quid dixeram? Gale. men' uis  
puer?

Lit. Te rogar Hera, ut q̄ ocyssime uenias domum,  
Quod hospites uocandi, & alia in ædibus

Prius ordinanda sint quam coenites,

Rogat q; serio honore pro domestico,  
Iniuriæ sis immemor. Gno. quin' me rogas?

1095

Lit. Quid te roget? Gal. ut iniuriæ sit immemor.

Lit. Cuius? Gal. Ha ha he, Lit. non capio. Gno. abi,  
uenturus est.

Res mitigada est uesperi. Gal. dic me adfore

Post horulam. Gno. Nonne id tibi prædixeram?

1100

Obsequere nunc, uehementius cras argue.

Gal. Stat acquiescere. heus adesto uesperi.

Gno. Adero, bene est, uenit uxor obvia mitior.

Actus quinti. Scena Secunda.

Mysan

Mysandra. Galenus.

**V**ercor uirum affectum mea esse iniuria  
Quod & absq; iusta causa eum cæciderim.  
Nam traditis meis Petrifco claubus,  
Periere cinnama, piper, & omne zaccarum,  
Verum omnia hæc ecclanda prorsus sunt ei,  
Ne habeat quibus firmet etiam partes suas.  
Adest, benignius alloquar. Morata sum  
Te mi uir hactenus tua indigens ope,  
Prudentia, atq; industria. Veni igitur, ut  
Et singla disponamus ad conuiuium,  
Et aureos tribuas duos, quibus piper,  
Et zinziber, cum zaccaro mihi comparem.  
Gal. Hui, rursus aureos duos? aromata  
Nondum priora ab sumpta credidi. quid est  
Quod ipsa eam pecuniam non ceperis?  
Mys. Id hactenus tentare nolui, ut ipse scis.  
Ne oriatur inter nos aliqua suspectio.  
Gal. Sequere intrò, ut accipias, emasq; tempori.  
Mys. Præi, sequar Pro filio sollicita sum.  
Ne forte bacchanalia pariant ei (ut  
Vsu uenit) aliquid mali aut periculi.  
Eccum redit Liturgus, at sine filio.  
Id quod facit multo magis iam me anxiam.

Gale

Gal. Vxor. Mys. quid occipit? Gal. Vxor. Mys. h̄c  
quid clamitas?

Actus quintus. Scena tertia.

Liturgus. Mysandra. Galenus. Lorarij

Per cuncta compita, fora, sphæristeria,  
Tandem in scholam regressus illum que-  
rito  
Petricon, & frustra fatigatum manent  
Me forte uerbera, quod domum non duxerim.  
Aliunt sodales accitos iam Pr̄esidi. Hui,  
Quid turbæ in ædibus? quid audio miser?  
Quæ furtæ mihi tandem imputant innoxios?  
Mys. Adest cui tua credidisti omnia, adeo  
Ut propter hunc neq; parceres gnato tuo.  
Huic (freta nempe tua fide) claves meas  
Iam credidi. hic furti reus, hic in ædibus  
Solus moratus est. Ga. ades trifurcifer,  
Cui tanta credidi, tot aureos mihi  
Semel auferas? Lit. quot aureos? Mys. numerum  
rogas  
Nequissime? Lit. ecquos aureos? ego innocens  
Gal. Tu plus minus mihi uiginti es aureos

E Furatus.

Furatus. Lit. id here sobrius non dixeris.

114c Gal. Tibi ebrius nefande videor? Reddito  
Celeriter id quod eruisti scrinio.

Lit. Iuro Iouem optimum, supremum, maximum,  
Nil me tui attigisse furti gratia.

Mys. Respice marite, commodum, enlorarios,  
115c Adducier iubeto uinctum praesidi, ut  
Examinatum praetor in cruce puniat.

Lit. Me praesidi? me praetor in cruce puniat?

Mys. Te praesidi. Lit. quid commerentem? Gal. ade  
este uos,  
Propter rei domesticæ furta, & alia  
116c Crimina, scelestum hunc rapite. Lor. quonam duci  
mus?

Gal. Ad Praesidem. quo Praetor ipsum examinet.  
Tantis per in suo equuleo, dum dixerit  
Quantum abstulit, quo gesit, & quam crebriter  
Patravit. Litur. heu, me innoxium? Gale. hunc in  
noxium

116c Injicite uos manus. Lor. renitaris licet,  
Nobiscum adibis Praesidem. Gal. sublimen eum  
Rapite. quid estis frigidis? Lor. nos frigidis?  
Quid nunc uidemur. Gal. aciores. Tollite.  
Ego uos sequar. Lit. uestram fidem, ciues boni,  
116c Vestrarum fidem, succurrите, haec fero innocens.

Gal.

**E**d. A Gnorimo crepit ostium, morabor hunc,  
Tu uade coniunx redime quod necesse erit.

**A**ctus quintus. Scena quarta.

**G**nоримus. Galenus. Rusticus.

**V**T habent negotia mi Galene & Gale. pes  
simc.

**G**no. Agitur'ne res uxoria tibi denuo?

**Gal.** O Gnorime, omne peculum mibi famulus,

Quem credidi prorsus fidelem, dissipat.

Iam præter alia nescio & quot aureos

Furto absulit. **G**no. quid ais mihi? **G**ale. furto ab-  
sulit

**G**no. Liturgus? **Gal.** ipsius. **G**no. neutiquam speras  
ueram.

**Gal.** Videor mihi omnium facile miserrimus.

Vxor procax, gnatus rapax, furax puer,

Venit fere ad reslum negocium meum.

**G**no. Quid ipse? **Gal.** constanter negat, quare aco-  
citis

Lorarijs adactus est ad presidem.

**G**no. Is iustus est, usq; ad quadrantem extorserit,

Reddetq; fidito. quid hic senex ouans

Recenset? Heus senex quid agitur in foro?

**E** 2 **R**ust.

Rust. Furtum, dolus, perjurium. Gno. istae cetera  
sunt.

Rust. Expertus ipse sum nouissima. Gnorim. hem,  
senex

148c Qui expertus es? Rust. pecuniam mibi dolo  
Duo abstulere perfidi scholastici,  
Veruntamen cum tertio, qui quoq; suis  
Parentibus aliquot aureos subtraxerat,  
Vincti simul seruantur (ut puto) crucibus.

149c Valeant, meam mibi reddidit pecuniam  
Aequissimus Iudex. Gal. quis istic tertius?

Rust. Noui Cabiscon et Stypiscon, tertium  
Puerum quidem non noueram. Gal. Liturgus est.

Rust. Hic seruus est, adductus ultimo innocens.  
Gal. Tun' innocentem dixeris? Rust. ego dixero,

Quia captus ante parvulus furti reus  
Gnorim. Vale senex. Gale. O Gnorime, o quantum  
uir hic

Amaritudinis incutit mihi scrupulum,  
Hic filius? Gno. Vereor ego ipse plurimum.

150c Gal. Is ipsis est, indicia multa congruunt.

Perij miser. Quin' ense coniugem meam  
Sexcenties non interemi, que fuit

Vna author huius Tragœdiæ: Hei mihi.

Gno. Animæ quior sis mi Galene, forsitan

Periclitus

Periculum non tantum erit, quantum imminet.

Accurrit uxor, caue male, quicquam inferat.

Caue graues graue grauioribus malis.

Actus quintus. Scena quinta.

Mysandra. Galenus. Gnorimus. Nuncius.

**H**eu nos miscerrimos. Galene filius  
vincitus teneri dicitur, cruci quoq;

Adiudicandus. Gal. Impiissima mulier

Stultissimaq; nunc ne innocens est filius?

Vides modo quid egit indulgentia? Mys. Heu

Sero sapio miuir, sero sapio nimis.

Gno. Stet iurgium, uidete si redimi queat.

Gal. Quid consilij uincere? Gro. sollicita cito

Siquos habes notos amicos Praesidi,

Vt antequam pronuncietur obuient.

Mys. Accedit huc (quis nescio) celeri gradu,

Moremur hunc. Nun. Aiunt Galenum in hoc loco

Morarier, cui traderem has epistolas.

Gale. Heus bone adolescens, ego Galenus, quid agitur?

Nun. Has litteras geminas Petriscus filius

Tuus unicus mittit, uide celerrime

E 5 Quid

Quid continent. Gal. aperito eis. o Gnorime,  
1230 Ut perlegas Gno. Ne sile. priores has tibi  
Scripsit. Didascalο dabuntur alteræ.  
Audito nunc. In mortis horrende ultimo  
Positus pater discrimine, oro & obsecro  
Clementiam tuam, ut adiuves me & eruas,  
Si quo modo fieri queat. Cum cernerem  
Matris meæ nimiam per indulgentiam  
Vitia fore impunita, per licentiam  
Quicquid libebat id licere credidi.  
Quicquid domi surripere quiucram dolo,  
1235 Ad improbos meos sodales, cum quibus  
Et ipse sum in furto prehensus, transluli.  
Ego mi pater tuam pecuniam abstuli,  
Culpam in Liturgum transferendum callidus  
Putaueram, uerum deus pius arbiter  
1240 Quo innoxium seruet, prehendit noxium.  
Nunc itaq; clementissime pater obsecro,  
Ut alteras has litteras sine remora,  
Supplex meo tradas didascalο. quia  
Nisi ille seruet, de meo iugulo actum erit,  
1245 Vale. Igitur accelerato opus aditedum.  
Gal. Eamus itaq;, ut tradita hac epistola, ad  
Clementiam flectere queamus supplices.

Actus quintus. Scenæ Sextæ.

Myſe

Mysandra. Galenus. Didascalus. Puer.

**Q**uisnam deus dabit hunc virum mihi prospicium,

Quem tam improbe insectata sum conuicijs?

Ga. Vir obuiust', tu prorue, & supplex roga

Crimen remitti, quod in eum commiseras.

Did. Saluete uos. Quid tristior solito tuus

Galene uultus est: quid uxor lachrymat?

Gal. Supplex rogar sibi remitti crimina,

Quæ in te procaciter nimis cōmisit. Did. Hei

Surgat, facile remisero etiam pluria.

Mys. Mei miseria te magister optime,

Quæ oculos meos ad te leuare indigna sum,

Sine te tamen mulier ero perditissima.

Did. Ades, bono sis animo, ades, parce lachrymis,

Quid habes? Gale. lege ô p̄eceptor hasce littreas. Did.

Græcas ne? cuius nam? Gal. mei heu. Did. quid lacrymas?

Gal. Gnati. Did. Petrisci? Galc. perditi. Did. hem.

lege hanc puer.

Pi. Καλῷ Διδασκάλῳ πετρίσκος ἐν προγέρε

Διδασκάλῳ ἐνεκά μου δόλωμ ἀνάξιος,

Θαρρώμ όμως τοῦ ληστήτη ἐμφύτῳ,

Ικετήριος σου μέομ' ὑπὲρ γνῶσθεμον,  
Ως γνωστὸν οὐδενίας χολοσικῆς,  
Πύση με ταχύ παρόντος ἀπό τοῦ κινδύνου  
Σταυρώτεως, ὃ δὲ εἰμά κλέμματ' ἐνέπεσον  
ὅτι δικ ἔαμ σώσθις με σὺ, ὅστοι διδέπιω  
Περὶ μου πέπρακται τῇδε μέρης καὶ τοῦ Βίου  
Ἄρξαθε λιπαρῶ ταχύτερον, ἔρβιθρο τέ με  
Ἐξαρε, πειρυμάτολεσθαι αἰχίσω μόρῳ.  
Εἴρως ἐπισάτα πρευμενέσερε. Did. dōs. Pu.  
λαβέ.

Did. Misericrofto me utriusq; et filij,  
Verum quid hic autoritas nostra ualeat?  
Contra ue iura quid mea ferula præsidet?  
Id est Myfandra mane quod tibi dixeram.

Mys. Nil præter iram et contumeliam (palam  
Loquor) ego merui, flectere misericordia.

Did. Quid græca quam latina scribere maluit?  
Gal. Quo te (reor) mage flectat eruditio. heu.

Pu. Moueat magister te tam amaræ lachryme, et  
Gemitus paréatum, moueat cruditio,

Moueat quoq; puerilis ægra infirmitas.  
Se corriget puer, tuasq; perpetim

Miserationes prædicabit plurimas.

Did. Audi Galene, uester (ita deus me amet)

Et sum et futurus sum. quid autem per meam

Quæ

Quedam obtinere auctoritatem nescio.

Eamus, antequam ante uortat nos grauis,  
Scuera, & irrevocabilis sententia  
Iudicis. Ades puer oxyus, gere uirgulam. Pu. hem.  
Gal. Prætoris optimi Ioues animos parent,  
Ac mitigent, quo facilius nos audiat.

1295

Actus quinti.

Scena septima.

Iudex. Satellites. Fures. Didascalus.

Parentes.

**N**unc hora senior diesq; occiduus est,  
Producite impios, ut extremam suis  
Pro sceleribus sumant palam sententiam.

Sat. Parebimus. Did. Iudex tribunal occupat.

1300

Mys. Heu. Did. prodeunt rei, accidentis supplices  
Prætoris genibus, heus ut est Mysandrae  
Time. Galene tene labantem coniugem,  
Res salue crunt. Iud. Consilite. Cab. heu misero  
rimos

Fures. Styp. Itane nos separas amara morsē

E S Pet.

Pet. O quis deus poli soli ue mihi puer  
Miserebitur? Num mibi pater, num mater est?  
Maledicta fulta, que me in haec necis trahunt  
Discrimina. O parui greges scholastici,  
Parete praeceptoribus uestris, cauete  
Ab his quoq; impurissimis sodalibus.  
Hi in crimina, hi in iuicla, hi in necem, induxere  
me.

Iud. Satis λογωσ. Quis hic irruit temerarius?

Did. Iudex tremende tibi tribunaliq; huic  
Felicitatem & aequitatem usq; imprecor,  
Verum hunc puerum tum parentum lachrymis,  
Tum etate tenera, tum scholastico meo  
Pro ueteri priuilegio, primum rogo,  
Dein impero, mihi corrigendum credas.

Discipulus est meus, me quoq; feruile,  
Non dum tuis Praetor subactus legibus.

Iud. Tun es schole nostrae Didascalus? Dida. ego  
sum.

Iud. Partem alteram aequitatis esse te arbitrans,  
Iuri meo iam cesso. Verum amodo  
Cave puer manibus meis prehendier.

His iudicatis, dabo parentibus suum  
Mancipium, & aurum residuum quod absuli.

Did. Ago gratias tibi Praetor (ut queo) maximas,  
Nos fratres

Nostraq; sunt opera uelis, rursum impera.

Iud. Quin hos quoq; eximis: anne & hi duo tu*s* 1330

Did. Non sunt. fuere aliquando, sed rei uale

Dixere litterarie, & ferula mea

Vterq; subduxere iam manum suam.

Veni puer. Index tuam rem perfice.

Pet. Venerande preceptor quid unquam pro his

tibi

Digne respondero? Did. tace. poteris quidem,

Sed moribus correctioribus. Veni

Vt corrigaris more pro scholasticō.

Nummis receptis nos parentes sequimini,

Gal. Sequimur magister, percitat hēc pecunia.

Did. Recipite, iudici reserte gratiam.

Actus quintus. Scena Octaua.

Index. Fures. Satellites. Parentes. Lorarij.

Turbavit hoc nobis tribunal paululum

Didascalus. Nunc propius adducantur hue

Iuuenes nefarij. Fu. heu salus nulla reliqua est.

Sat. Vtrumq; iudex noxiūm uides. Iud. bene est.

Sat. Adeste cuncti, state, taciti aduortite,

Pronuncianda nouissima est sententia.

Iud.

Iud. Quo ciuitas sit nostra pestilentibus  
Et improbis semper uiris liberrima,  
1350 Hos deprehensos in scelestis actibus  
Furto, dolo, rapina, & id genus alijs,  
Et morte dignos iudicamus, & antequam  
Sol occidat, laqueo necando in cruce  
Pronunciamus. Tuba sonet, persequimini,  
1355 Educite, Sat. exequemur. Fu. heu clangor tubæ.  
Iud. Lorarij. Liturgon absolutum hero  
Reducite, & gnato aureos quos abstuli.  
Parentibus restituite. Lor. hem. parebimus,  
Par. Te semper optimè Prætor, & laudes tuas  
1360 Nos prædicabimus, dieq; crastini  
Grati erimus hac super tua clementia.  
Iud. Iamiam sat gratatum, abite ab liberos.  
Sat. Hic uerna, & hic est residuum pecunie.  
Par. Ades Liturge, affecimus te iniuria,  
1365 Verum bonis potioribus pensabimus.

Actus quintus. Scena Nona.

Didascalus. Petriscus. Parentes.

Liturgus. Gnorimus.

**C**orrectus es Petrisce multo mitius,  
Quam si cruci suffixus esses debitæ,

Nunc

Nunc itaq; mores atq; studia corrigē.

Pet. Correxero preceptor, atq; gratiam

Olim tibi (si modo parentes negligant)

1370

Rependero. Did. Mox procidens parentibus

Veniam roga, dein pro Liturgo interueni,

Vt liceat esse libero, qui pro tuis

Facinoribus coniectus est vincula.

Adfunt parentes. Myf. O Petrisce quis malis

1371

Adegeras te, me, & patrem tuum optimum

Pet. Ignoscite hanc mihi parentes noxiam,

Non amodo commisero. Par. hanc ignoscimus.

Dida. Bene facitis. Petris. adhuc est pater quod te

rogem,

Ob mea facinora pessime Liturgus hic

1372

Affectus est, rogo liceat esse libero.

Did. Profecto meritus est. Gale. Liturge te manu

Mitto. Litrur. habeo gratiam. Gale. optime nunc

omnibus

Præterq; spem cedentibus, reliquum diem

In requie agamus atq; honesto gaudio.

1373

Tu primus adsis author huius gaudij

Didascala. Didasc. adero. Gal. & adsit inde Gno-

rimus.

Vocetur huc. Litrur. heus Gnorime. Gno. hem, re-

cta omnia;

Hoc

1390

Hoc est quod opto maxime. Gal. fœlicius  
 Mibi ceſit ac ſpera uoram, iam noſtro ades  
 Coniuio. Gno. licet. Gal. p̄ei uxor ſequimini.  
 Vobis nihil profecto ſpectatoribus  
 Hic coxiimus, qua propter ijs que uos domi  
 Parafis, hinc recedite ut uescamini.

Actus quintus. Scena vltima.

EPILOGVS PER GREGEM.

1395

Spectator aſta paulum adhuc ſpectaculo,  
 Ut audias quid in tuam rem effabimur.  
 Discat Pater poſthanc modo actam fabulam,  
 Ut liberos ſuos rebelles corrigat,  
 Discatq; mater ne per indulgentiam  
 Se in honestet, et corrumpat ipſum filium.  
 1400 Vos quoq; ſcholaſtici greges, intendite  
 Vestrīs et auſcultate præceptoribus.  
 Ne poſt rebellionem et alia pluria  
 Flagitia, tandem crucibus adnectamini.  
 1405 Vestrūm proinde quiſquis oblectatus eſt,  
 Muſis faucto, gregiq; noſtro plaudito.

F I N I S.



A 199056e

